

Beretning om Katholikernes Vilkaar i Danmark ved Aaret 1660.

Meddelt af Bibliothekar **L. Daae**,

ledsaget af Indledning, Anmærkninger og Tillæg af *H. F. Rørdam*.

Efterfølgende Indberetning fra den kejserlige Gesandt i Kjøbenhavn, Baron de Goes, indeholder ret mærkelige Bidrag til den romersk-katholske Propagandas Historie her i Landet. Den er af Universitetsbibliothekar Ludvig Daae i Christiania afskreven efter et Haandskrift, som findes i Hannover, hvor der idethele efter Hr. Daaes Meddelelse findes mange trykte og haandskrevne Sager vedkommende Danmarks Historie. Disse Sager stamme fornemmelig fra Chr. Ludv. Scheid, der, efter omtrent i 10 Aar at have været Professor Juris i Kjøbenhavn, hvor han med Flid havde lagt sig efter dansk Historie og samlet meget herhen hørende, i Aaret 1749 blev Bibliothekar i Hannover.

Nærværende Beretning findes i en Afskrift, der er utydelig skrevet og paa flere Steder unøjagtig. Imidlertid antager jeg, at det paa faa Steder nær her er lykkedes at restituere Texten; Meningen er ialfald intetsteds tvivlsom. De i Klammer indfattede Ord ere indskudte af Udgiveren, som foruden de angivne Rettelser har tilladt sig enkelte andre, som af sig selv vare indlysende.

Om Forfatteren, den ovennævnte Baron de Goes, kan oplyses, at han i Aarene 1657—62 var kejserlig Gesandt

ved det danske Hof. Hans katholske Iver fremgaar af hans Beretning; men den propagandistiske Virksomhed, som han søgte at fremme, blev afbrudt ved hans Bortrejse. I et Brev af 22 Januar 1662 beretter den svenske Gesandt i Kjøbenhavn, Gustaf Duvall: »Baron de Goes havde udvirket Tilladelse til, at hans Præst, som han lod blive tilbage til sin Eftermand, maatte læse Messe i hans Hus; men saa snart Baronen var borte, er dette aldeles blevet Præsten negtet«. I et Brev af 7 Maj 1662 fortæller Duvalls Eftermand, Baron Gustaf Lilliecrona: »Den danske Minister i Wien har ladet prædike i sit Hus, i hvilken Anledning en saadan Mængde Evangeliske havde indfundet sig, saavel fra selve Staden som fra Landet, at det strax er blevet ham forbudt at holde Gudstjenesten saa offentlig. Den Frihed, som Katholikerne her i Kjøbenhavn have haft i Baron de Goes's Hus, er nu ogsaa betagen dem, og Pater Mülman har maattet rejse herfra«. Hertil kunde endnu føjes, hvad de nederlandske Sendebud ved det danske Hof kort efter meldte til deres Regjering: »For nogle Maaneder siden har Hs. M. (Frederik III) sendt en Resident til det kejserlige Hof og medgivet ham en luthersk Præst. Da denne Præst var en Tydsker, der ej forstod Dansk, har han forrettet Gudstjenesten i det tydske Sprog, og har faaet nogle Katholiker til Tilhørere. Jesuiterne have forestillet saadant for Kejseren som en Sag af saa farlige Følger, at han har befalet bemeldte lutherske Præst strax at forlade Wien. Dette blev ikke vel optaget her . . . Den herværende kejserlige Resident, som for nogle Maaneder siden gjorde en Rejse til sin Herre, efterlod i sit Hus tvende katholske Præster, der, saasnart denne Begivenhed blev bekjendt, af sig selv skyndsomt ere rejste til Tydskland«¹⁾. — Det ses altsaa, at det var Katholikernes Ufordragelighed mod den danske Legationspræst i Wien, der var Aarsag

¹⁾ Becker, Saml. til Danmarks Hist. under Kong Frederik III's Regjering af udenlandske Arkiver I, 275. II, 5. 288.

til, at de indtil videre mistede den Kultusfrihed, de en Tid havde nydt i Kjøbenhavn.

Informatio super statu religionis in Dania, cujus autor perhibetur esse Baro de Gois, Caesareae Majestatis ad Regem Daniae orator.

Octingenti & ultra sunt anni, a quo Christiana Catholica Religio in Daniam atque inde in reliqua septentrionalia regna invecta est, floruitque in ea abhinc continuo, donec elapso proximo seculo circa annum 1529 religionis simul & politicus status — ut plerumque fit — turbari incepit. Nam dejecto a regio solio Christiano 2. Daniae Rege, et assumpto in ejus locum Friderico 1 illius patruale, cum hic animadverteret nepotem suum, regno exulem, summi pontificis nec non Caesaris, Caroli V^{ti}, cujus sororem Isabellam Christianus duxerat, nec non aliorum principum ope auxilioque hoc agere, ut ereptum sibi regnum recuperaret, praevideretque, episcopos & clerum in partes ipsius fore proniores, ut huic periculo anteverteret, simulque senatum ac nobiles, quorum procul dubio mentem & aviditatem perspexerat, ostentatione bonorum ecclesiasticorum ad se pelliceret, amplexus est ipse Lutheri dogmata, quae illa aetate in imperio & adjacentibus regionibus disseminari coeperant, et eadem in Daniam evexit et clerum quidem variis molestiis ac oneribus vexavit. Omnino tamen eundem opprimere, quod popularium erga eundem reverentiam & devotum animum ¹⁾ sciret, non ausus est; ast Christianus, istius Friderici 1^{mi} filius, qui sectis Lutheri mirum in modum deditus erat, attracto in sententiam suam senatu, fidem Catholicam plane ex Dania eidemque connexis regnis & provinciis eliminavit, episcopos & praelatos in vincula conjecit, ecclesiastica bona fisco addixit, aut nobilibus, quo illos sibi magis devinctos obnoxiosque haberet, largitus est,

¹⁾ I Daas Afskrift staar her: omnium.

seseqve obstrinxit nunquam inconsulto invitove senatu aut regni ordinibus catholicam fidem aut episcopos in posterum in regnum admissurum, etiamsi a consilio generali aliter statueretur.

Fredericus 2, Christiani 3ⁱⁱⁱ filius, qvum animadvertisset, nonnullos adhuc in professione Catholicae fidei perseverare, inaudissetqve, qvendam Laurentium Nilssen, Soc. Jes. sacerdotem, natione Norvegum, impulsum charitate erga patriam ac zelo animarum, illuc advenisse ac dissimulata professione sua, qvos reperiret Catholicos, in fide confirmare, qvos seductos, ad ovile domini reducere, edicto cavit, ne quisqvam, qvi Lutheranum dogma non profiteretur, in Dania commorari, aut ne ullus talem ultra triduum hospitio excipere aut fouere posset ¹⁾).

Christianus 4, Frederici 2^{di} filius, sub initio sui regiminis acriter contra Catholicos instigatus, edicto cavit, ne quis filios suos Catholicis pædagogis instituendos traderet, adeoque, ut non ante ad hoc muneris qvemqvam admitterent, nisi antea a praedicatoribus rite examinatum, ne apud Jesuitas, in qvos praecipuum erat odium, in exteris regionibus Dani studerent, alioqvin omnium beneficiorum incapaces hoc ipso redderentur.

Anno autem hujus seculi 1615 edictum longe atrocius sancivit ac promulgavit, qvud nimirum Catholicae religionis addicti nullam in Dania haereditatem adire possent, sed tales hereditates ad proximos eorum consanguineos deberent devolvi. Ex hac lege praetendunt reliquae Christiani 4^{ti} ex Domina Christina susceptae filiae, sororem suam Dorotheam Elisabeth ab hereditate materna excludi, qvud illa Coloniae Agrippinae in monasterio S. Rimaldi Catharinae educta, habitum S. Theresiae in monasterio Divae Virginis a pace indueret, atqve illam religionem professae est, contra fas sane, cum praefata domicella nonnisi oct-

¹⁾ Forfatteren har her begaaet den Fejl at henføre Lavrits Nielsens (Klosterlasses) Ophold her i Landet og hvad dermed staar i Forbindelse til Frederik II's istedenfor til Christian IV's Tid.

ennis ex jussu parentis sui Christiani 4^{us} illuc fuerit deducta, addito mandato, ut in monasterio aliquo, imo ut Catharinae, quod ille attestatur, cui haec cura demandata fuit, educaretur.

Modernus rex Fridericus 3, Christiani 4^{us} filius, at, ut sit princeps mitis & mansueti ingenii, et qui acerbiora non nisi invitus statuere soleat, nonnulla tamen decreta contra Catholicos edixit, quibus libertatem exercitus suae religionis in domibus suis, quam in ministris publicis tollere nec moris neque argumenti videbat, ita ad solos eorum domesticos restrictam volebat, nec caeteris catholicis in urbe habitantibus liber illuc pateret accessus, unde domino Comiti Bernardino Rebolledo, quo tempore ad XV fere annos hic regis Hispaniae legatus resedit, non paucas cum defuncti regis cancellario, Christiano Thomae Seestet, lites & controversiae intercessere. Fuit hic cancellarius vir in iis regnis praecipuae autoritatis, qui diversis hinc inde in orbe Christiano legationibus magna cum sua laude functus, munus suum tanta cum sanctitate ac integritate administravit, ut paulo ante mortem suam (quae contigit brevi postquam ego ad hanc regiam aulam appuli) cum filiis suis, quibus solent moribundi pii parentes monita & documenta relinquere, publice protestatus sit, nunquam se tot annis (& erat propectae senectutis), quibus munera publica obivisset, vel unum imperialem in administratione officii sui aut expeditionibus a quoquam accepisse, rarum sane exemplum, praecipue hoc nostro hac in parte tam infelici saeculo. Hic vir inter multas praeclaras virtutes hunc naevum habuit, quamvis ipsum ex religione habuisse existimandum sit, quod Lutheri dogmata tam acriter tueretur, ut contra indolem suam & ingenium, quod alioquin placidum erat et mite, erga Catholicos severiorem se exhiberet. Credibile est, praedicantes, quibus non solum ex propensione sua favebat, sed et quos tueri muneris sui esse facile reputaverit, quod cancellarii sunt protectores universitatis, virum praetextu pietatis ac religionis ad acerbiora invitasse, nisi

forte, de quo etiam aliquid exaudivi, aliqui catholicorum zelo quam prudentia potiores occasionem aliquam similibus dederint, cum ultra quam praesens rerum status ferret, votis suis rem catholicam promovendi indulgerent.

Jam ab aliquot retro annis liber fuit sacrorum catholicis usus, quae quidem libertas plurimum, postquam haec bella ingruerent, aucta est, quum e re regis ac regni videretur, milites, quorum non pauci catholici confluebant, vel ipsa hac libertate incitari, sane nullo molestiae genere in rebus ad professionem fidei suae pertinentibus affici. Unde Hollandis subsidiariis & classariis, quorum magna pars Calvinianae sectae addicti, domus Collegii¹⁾ concessa est, quo initio defectu templi sacra sua exercerent. Neque parum confert ad beneficium rei catholicae, quod magnus hujus regni Magister Joachimus a Gersdorf, qui e Lusatia, antiquo ser. Imperatoris domini mei clementissimi patrimonio, genus duxit, retinetque adhuc singularem quandam erga augustissimam domum Austriacam devotionem, cum inter praeclaras, quibus ornatus est virtutes, eximiae cujusdam sit moderationis ac congenitae probitatis, aequiorem se nobis & benevolum in quibus[dam] partibus praebet.

Ego quidem a triennio, quo a mandato S. Caes. Majest. huic regiae Aulae adsisto, huc cogitationes meas ac veras (!) praecipue adverti, qua ratione non solum impraesentiarum sed etiam in posterum Catholicae religionis exercitium in iis partibus servari aut etiam augeri posset, unde quum ante annum regis Catholici legatus Comes a Rebolledo hac provincia abiret, ego domum illam, in qua ipse habitaverat, et in qua sacra nostra habebantur, omnino conducere volui, quod et illa ob amplitudinem loci ad hoc commoda, et populus eidem assvetus esset, et quod consultum existimarem, quantum fieri posset, nihil innovari. Sed quum domina domus nullo modo vellet eam elocare, sed vendendam potius offerret, ego occasionem tanquam

¹⁾ Læsningen af dette Ord er uvls. Jfr. Nyt hist. Tidsskr. VI, 504.

intentioni meae faventem non illubenter arripui, ac prae-fatam domum 9 millibus circiter imperialium comparavi. Magnus Aulae Magister, licet facile conjiceret, qvem mihi in hac emtione scopum proponerem, tamen et mihi talia suggessit, qvae ad comparandam domum, et dominae domus, qvae ad eandem mihi [vendendam] permoverent. Sed haud ita benevolos expertus sum praedicantes, qvin illorum unus, qvem tamen ego sicut omnes caeteros omnibus humanitatis officiis singulari aliquvo beneficii genere mihi devincire conatus fueram, qvum primum rem intellexerat, regem adiit ursitqve, qvatenus contractu intercideret vetaretqve, ne domus haec, quam in exercitium religionis Catholicae destinari provideret, in potestatem meam veniret. Sed rex hominem increpitum potius quam admonitum, ne se hucusqve immisceret, a se expedit, qvod illimet, qvi praesentes fuerunt, deinde mihi renuntiarunt. At nihil qvidem certius est, quam Praedicantes, qvorum hic magna est autoritas longe ultra quam in aliis locis, etiam Augustanae confessioni addictis, nihil intermissuros, qvo Catholicae religionis exercitium hinc proscriberent prohiberentqve.

Qvod ad personam & indolem ser. hujus regis attinet, est ille quam plurimis sane regiis virtutibus conspicuus, pietati & cultui divino ita deditus, ut hinc etiam in tenendis ac tuendis Lutheri dogmatibus sit ferventior, controversiis satis versatus est, ac libros, qvi de similibus tractant, libenter legit, de cetero salutis animae suae tam sollicitus, ut saepe auditus sit serio ac gravissime asseverare, si sibi alia monstraretur credendi ratio, veritatieqve magis consentanea, quam illa, quam profitetur, et in qua hucusqve vixit, se illam amplexurum vel abjecto regio sceptro ac deposita corona.

Jam si Deo pro infinita sua misericordia visum fuerit orthodoxam catholicam fidem hisce septentrionalibus regnis, a qvibus ex justo illius judicio à tot annis exulat, aliquando restituere, potens est aeterna illius prudentia illud exeqvi, imo per ea media, qvae ne qvidem in humanam cogitationem

cadunt. Qvod si secundum præsentem rerum statum ac dictamen humane providentie ea de re loqui aut sentire velimus, non alia aptior aut propior videatur reducendae religionis ratio, quam commercium, ut palam est haeresis quoque ad ultimas usque mundi plagas una cum mercibus per mercatores transvecta, unde justus nobis dolor, plurimas gentes ac nostra aetate non ante Christi salvatoris nostri nomen, quam errores eorum, qui Christi ecclesiam persequuntur, inaudivisse, cum infelici hujus seculi nostri forte contigerit, quod illae nationes, quae hodie ut plurimum mercaturam exercent, aliam a Catholica fide profitentur. Non alia vero forte alibi inveniatur regio, quae ad exercenda commercia magis ab ipsa natura videatur facta quam Dania, neque portus ullus commodior aut praestantior quam Hauniensis, quod omnes passim nautae, quibus reliqua (!) orbis aliquoties enavigatus, uno ore profitentur, adeo ut mirari subeat, unde Danis hucusque tantus rei mercantis neglectus¹⁾. Dicitur quidem haec gens ex indole sua minus ad exercenda negotia propensa, huc addas licet fertilitatem ac felicitatem regionis efficere potuisse, ut incolae, quod et alibi fit, minus laboriosi aut industrii redderentur. Sed quum videamus Belgas, Anglos ac aliarum gentium, quae commercia sectantur, homines, vel in remotissimas regiones, quae quidem aut asperissimo frigore rigent, aut perpetuis caloribus aduruntur, una cum uxoribus & liberis transmigravisse eamque terram patriam suam reputavisse, quod lucro aut augendae rei opportunior, quis dubitat idem facturos fuisse in Dania, quae et minus remota et situ & opportunitate ad exercenda commercia praestantior, climatis vero temperie ac regionis fertilitate ante multas excellit, nisi id peculiaris aliqua ratio & difficultas impeditisset. Quam ego, super his cum rege & senatoribus atque data occasione etiam cum praecipuoribus civibus agens, semper illam fuisse²⁾,

¹⁾ Ganske lignende Ytringer vil man finde i den svenske Resident Magnus Durells Relation om Danmark. Suhms Saml. II, 3die H.

²⁾ Her synes at mangle et Ord, saasom existimavi, eller noget lignende.

qvod in negotio religionis rigidiores sese exhibuissent, neque illo moderamine uterentur, qvod commerciorum ratio deposceret, abnuentibus peregrinis, per qvos illa potissimum promoventur, illuc pedem figere, ubi aut religio exuenda est, aut si retinere velint, facultates & bona propter legum severitatem periclitentur. Dominus Johannes Fridericus, Dux Luneburgensis, hujus ser. reginae frater, qvi Catholicus est, qvum nuper hic per plures menses commoraretur, et saepius rogante me super hac re cum Ser. Rege egit, sic affectam invenit Majestatem suam, qvod emolumenta & commoda, qvae commercia, si veherentur, adferrent, satis agnosceret, eandem vero præcipue deterreri ab admittenda libertate in religione, qvod ex ea primum discidia & discordiae, deinde graviores motus ac conversio politici status, deniqve bella intestina atqve reipublicae subversio oriri soleant, a qvibus ego periculis, si congruentia media adhibeantur, debitaqve in disponendis rebus prudentia accedat, facile caveri posse demonstravi; ad Hollandos respicerent, apud qvos, licet nova adhuc et nondum firmata republica, flagrante acerrimo bello, qvo hinc de libertate, illinc de acqvirendis antiqvis juribus decertabatur, res summi discriminis videri poterat, si tanta inter illos Catholicorum multitudo, qvos in Catholicum regem veterem propensionem servare nequaquam vana erat suspicio, tolleraretur, tanti nihilominus referre judicatum est, ne aut foras abactis aut domi vexatis mercatoribus commercia labefactarentur, ut catholicos non solum apud se retinuerint, sed et tanta cura, exercitium suae religionis indulgentes, erga eosdem usi sunt, ut res parum ab ominanda libertate abesse videretur. Ipse Christianus 4, de qvo superius dictum, qvod sub initio sui regiminis erga catholicos fuerit asperior, postquam experientia & longo rerum usu deprehendisset, nec regna sua nec provincias sine commerciis, nec commercia sine majori aliqua indulgentia circa usum religionis commode consistere posse, totus sub finem vitae in haec intendit, ut attracto similiter in sententiam

suam senatu tam salutare & profuturum opus Daniae suae, antequam fatis concederet, confectum relinqueret, reliquissetque sine dubio, nisi ipsum vita in medio opere destitisset. Comes quoque Cornifitius Ulefeldus, qvondam hujus regni magnus Magister, de qvo, ut ut nuper male de patria sua meritis, cum regi Sveciae eandem hostiliter invadendi autor fuit, aut certe invadendi consiliis ad qvo (!) potuit ope adfuit, nemo negaverit virum esse, qvi iudicio ac rerum earum notitia, qvoad ad Daniam pertinet, plurimum valeat, ac praecipue [ea] de causa legationem ad Belgarum ordines in se suscepit, ut hac occasione commerciorum rationem & modum, qvo illa commodius in haec regna introduci possent, introspeceret, adeo ut a plerisque pro certo habeatur, qvoad jam dudum res haec feliciter fuisset confecta, nisi Ulefeldius sub reditum suum ex Hollandia, variis difficultatibus implicatus, tandem se clam ex Dania subduxisset. Quidquid de his sit, hoc agnoscunt et hoc fatentur universi, nihil utilius hisce regnis contingere posse, qvam si commercia promoveantur. Hoc rursum fatentur omnes, [non] aliam apperiri promovendi rationem, qvam si illa imprimis libera reddantur, et aliqua circa religionis usum libertas, qva peregrini invitantur, indulgeatur. Conspiciunt in hoc omnes, praecipue vero ii, qvi autoritate, experientia & rerum usu praeceteris valent, qvi rem jamdudum confectam optant. Audiuntur non raro inter se conqverentes, qvoad propter oppositionem praedicantium ac hominum ecclesiasticorum, qvi qvum opibus excellent, tributis & oneribus publicis exemptos se volunt, publica commoda et qvoad ad incrementum reipublicae pertinet, negligantur. Sancita ¹⁾ jam pace inter hos reges septentrionales, qvam primum illa executioni demandata fuerit, proximas curas hujus Regis ac Senatus fore existimandum est, qvo clades sane ingentes atqve provinciarum devastatio, qvam bellum post

¹⁾ I Daaes Afskrift staar her: saucia,, hvilket sikkert bør rettes paa den angivne Maade.

se reliquit, opportuno aliquo media restaurentur, ac futurae securitati¹⁾, si propior jam imminens Svecus rursus, quod in proclivi est, invadat, consulaturque qua in deliberatione, exhausto ut est aerario, contractis ingentibus debitis ad inopiam reductis omnibus ordinibus adeoque imparibus, qui solita nedom ut onera nova ferant²⁾, ipsa forte rerum necessitas exprimit, ut inter media, quae ad servandam tuendamque rempublicam adinveniendae erunt, de introducendis, ut supra dictum est, commerciis serio cogitetur, unde paci³⁾ praesidium, exacti belli cladibus medelam, futuro si ingruat gerendo, nervum sperare liceat. Ego sane non intermittam, quin ea omnia, quae ad promovendum tam salutare negotium faciant, sedulo proponam ac pluribus urgeam.

Quem successum habituri sint hic conatus nostri, usque huc in incerto est. A Deo, cujus in manu sunt omnia, humillimis precibus flagitandum, ut nobis, nostris ac inceptis gratia sua & auxilio faveat. Interim, ut est praesens rerum status, et quantum in futura perspicere licet, crediderim non facile conditionem nostram eatenus in pejus mutandam, ut haec libertas catholicis sacra sua in hac emta domo celebrandi ac frequentandi, sicut modo sit, adimatur, praesertim si Caes. Majest., Dominus meus clem^{mus}, quod omnino ab Austriaca pietate ac zelo in religionis incrementis procurandis nobis spondere possimus, ita res disposuerit, ut ab autoritate ejusdem & patrocinio rei Catholicae favor & praesidium accedat, quae sane sola spes, et si major, uti dictum est, effulgeret, tanti est, ut non poenitendus labor aut sumptus videantur, qui ad retinendum huncce praesentem statum impenduntur. Mihi sane non levis solaminis⁴⁾ loco fuit videre ad mille homines catho-

1) Her synes at mangle et Ord, saasom prospiciatur.

2) I Dages Afskrift staar her: fuerunt.

3) I Afskriften staar her: pauci.

4) I Afskriften staar der: solamis.

licos sacellum nostrum frequentantes¹⁾, qvum paucis abhinc annis numerus illorum esset valde tenuis, et his ipsis interdiceretur, ne ministrorum catholicorum domos religionis causa adirent. DEus Opt. Max. — — preces nostras exaudire inceptisque nostris favere velit, qva imprimis honor ejus et gloria &c. Dabantur Hauniae 3 Julii 1660.

Til ovenstaaende Beretning kan endnu føjes nogle Aktstykker, der paa en eller anden Maade kunne tjene til Oplysning af det samme Emne.

1.

Om Studeringer hos Jesuiterne i Wien.

Efterfølgende Brev til Kjøbenhavns Universitets Professorer fra Studenten Hans Nielsen, der i nogen Tid havde studeret paa Jesuitskolen i Wien, er navnlig mærkeligt paa Grund af de Bidrag, det indeholder til Oplysning om den Tids raa Sæder, men tillige viser det, hvor ugenert en dansk Student ved Aaret 1593 — thi fra denne Tid, eller ialfald kun lidet senere, er det udfærdede Brev — kunde omtale, at han havde gaaet i Skole hos «patres societatis Jesu». Det var ved samme Tid, at en Munk med Tonsur og Kutte deltog i Baarse Herreds Præsters Konvent i Øster-egsborg Kirke, som det ovenfor S. 34 Not. er omtalt — Vidnesbyrd om, at man dengang endnu ikke ret kjendte Jesuiternes Iver for paa enhver Maade at gjøre Proselyter.

Naade och fredt af Gud wor herre. Ornattissimi D. Professores, der erre thuende synderlighe thing, huillcke mig hafuer thill eggit eders werdigheder medt thenne min ringe libello supplice ath bemøie: eders store och wsigelighe fromhedt, huillcken migh allthidt nocksommeligen beuist er, samme igien y lighe maade ath forskyllde iegh icke

¹⁾ Der kan umulig dengang have været tusinde bosiddende Katholiker i Kjøbenhavn. Men ventelig har der blandtde lejede Tropper været en Del saadanne, hvortil Forfatteren ogsaa ovenfor har hentydet.

kandt, vill iegh ligeuall som eders wnderdanighe thiennere
giørre af min fattighe formue allt, huis eder thill ære oc
gode kandt verre; den anden aarsaghe er min storre nødt
och trangh, medt huilcken iegh nu medt besuerit er,
huilcken samme adt eders werdigheder des bedre kandt
forstaa och migh y samme sagh troligere hiellpe, vill iegh
af begyndellsen samme berette. S. Hans dagh nu nest
forleden y aar waar iegh hoss erlighe och welbyrdighe
Mandt Christoffer Lindenow thill Lindeuoldt och thiente
hannom widt it aars thidt, ringere fra S. Hans dagh och
thill Michaelis, och waar af salighe med Gudt doctor Pofuill
thill hannom skicket hans børn ath informere. Der iegh
nu nogen thidt hafde werrit hoss hannom, omgickis handt
møgit vell medt migh, men der iegh nogen thidt hafde
omgaaedis medt hannom, och inthedt andet kunde lere
endt wskickelighedt medt suerren och banden, der thil medt
daglighedags suermen och drichen, och det icke thill maa-
delighedt, men thill ofuerflødighedt (thi handt drack alldrigh
saa lidet medt nogen, ath iegh io maatte verre hos han-
nom) tenckte iegh migh om ath vilde drage der fra och
thill Kiøbinghafn igien, der minne studia ath perpetuere.
Men der iegh nu lodt hannom formedellst hans karll (vidt
nafn Lafridt Fyn) ombede om aarlof, och ieg siellfuer diss
imellom kom, y det som de saa talde sammen, spurde
handt migh, om ieg icke lenger endt it aar ville verre hoss
hannom, suarede iegh der thill, icke ath kunde skie; der
handt thette hørde, spyttede handt migh y mit ansict och
lofuede migh at skulle pasbordt bekomme, dogh medt rødt
beseilet. Efter den dagh waar handt mig aldrigh gunstigh
och søgte althidt aarsage, huor handt migh adorere iurgio
och contentionibus kunde, och huor handt ingen aarsaghe
hafde, togh handt sigh stor nok, saa adt iegh för hans
hastmodighed waar icke viss paa, naar vy gick thil bordtz
eller vy kom anden stedtz thill sammen, adt ieg skulle komme
lefuendiss fra hannem. Der handt icke siellfuer kunde sit
vnde forset imodt migh forfremme, en pintzedagh badt handt

migh, ath ieg skulle gaa nedt y byen och giffue oss nogit thill beste, thi der vaar tystøll y byen, giorde ieg hans villie fyldist, men der ieg hafde nogen stundt vaarrit der, yilde ieg gaa op och see thil børnen; thalde jeg dogh medt kuinden y hussit, adt han skulle lade dennom bekomme, huus de ville haffue, och dennom ocsaa thilbødt ieg, ath de skulle dricke rundelighe, och lofuede mig samme adt ville bethale; der ieg vaar nu hen gangen, och fordj iegh viste hans skiell (adt handt ville dricke medt migh, endogh ieg vaar slet drucken), lagde ieg migh nere y laagaarden, ath handt icke skulle finde migh. Men der handt nu fornemmer, adt ieg vaar borte, kom hans karll och søgte efter migh och fandt migh samme stetz, som ieg vaar, och løb saa thil och slogh migh 3 slagh paa min mündh, y men ieg soff. Men der ieg kom op, gick ieg op y skolen och lagde migh, kom handt och der indt och hafde, som ieg laa y sengen, ner hiertsлагit migh, hafde børnene hans icke vaarrit, som hans conatus retarderede. Dernest bødt handt migh nødt y en gaardt, handt hafuer, och skienckte oss en kande øll eller tho; der ieg nu hafde druckit, spurde ieg hannom adt, om ieg maatte dricke pigerne thil, thi de stode samme thidt, hoss hannom och sangh for hannom; blef handt migh saa afmodigh, ath handt visselige hafde slagit mig ihjell, hafde ieg icke migh iilige forreseet de fuga, och maatte samme nat ligge paa gaden. Derforuden vaar oss en kvinde beskicket y skolen, adt skuile rede sengen och tage vare paa børnene, denne samme som nu børnene vaar inde, skiød ieg hinder thil sengen; der handt nu hafde en dagh det største barn inde y sit kammer och slogh hannom sjarligh, nødde hant barnedt thil adt sige det, ieg alldrigh hafde giort, paa det adt handt kunde komme thill wenlighed¹⁾ medt migh, begynte handt medt migh saa strengelighe, adt verba de jaarre komme ner thill verbera, adt hafde en doctor medicina icke vaarrit, som hørte thil

¹⁾ D. e. Wenighed.

buss thil Dantzskøn¹⁾, da hafde handt migh hiertslagit paa den samme stedt, handt slogh salighe Peder Frantzson²⁾. Her thil merre aarsage adt søge, skienckte handt y en kande øll, lod der thil brendeuin vdj, dernest kaal, flesk, hønse kiødt, saadt och andet, huis huset formaade, saa drack handt, maatte ieg giørre hannom ret, vden ieg ville hafue hannom paa min hals. Der ieg fornam nu ingen beringh adt verre paa ferre, tenckte ieg adt vilde drage der fra, huilckit ieg och gjorde y hans frauerellse, saa adt ieg thogh nogle bøger medt migh, minne egne uorre, och nogle blef staaendis; handt skulle gifue migh en kleening om aaret, den fick ieg inthedt af; det, ieg hafde forthient fra paaske thil nogen thidt efter S. Hans dagh, icke heller. Men der handt nu icke kunde fange mig igien och medt sin mact tribulere, hafuer handt, dissimellom ieg vaar y Tyslandt thil Wien y Østerighe, huor ieg mine studia continuerede hoss patres societatis Jesu, migh forfølgedt thil min fredt och ærre, och thet icke for eders verdigheder, y hues haandt all min sagh staar, men thil thinge forfølgit, saa adt handt maa lade mit lif tage af migh, dōgh foruden all skyldt och brøde. Er derforre thil eder min fattighe och imydelighe bøn, ath y for Gudtz retferdighēdtz skyldt vilde vell giørre och hielpe migh hoss den gode mandt medt eders forskrift eller forbøn, adt handt migh denne min forseelse ville eftergifue, at ieg maatte vandre, huor ieg vill, thi ieg icke for det gode, der ieg vente migh der; gick der fra, men fryctede for thet, som gick Peder Frantzson ofuer, ath handt skulle sla migh ihiell, huilckit handt thil visse hafde giort, hafde ieg blēfuit derre. Her medt eder Guds befalendiss. Af Torslundt.

Hans Nielsøn

E. W. thienhere.

¹⁾ D. e. Danzig.

²⁾ Maaske den Petrus Frantzius Hafniensis, som omtales blandt Lyskanders Scriptores Danici (se min Udgave af dette Skrift, S: 297).

Udskrift. Reverendis et doctissimis D. Professoribus Accademïæ almæ Hafniensis, Patronis et Mecoenatibus vniuersæ colendis hoc detur Epistolum.

Brevet gjemmes i Konsistoriets Arkiv, hvor der tillige findes en anden udateret Skrivelse fra den samme »Hans Nielsen Kiøbenhavn« til Universitetet om Understøttelse og Forbøn hos Kongen, at han maatte vandre tryggelig i sit Fædreland uden stor Livsfare formedelst Christoffer Lindenvs Forfølgelse, og at han »maatte nyde nogen ringe Hjælp, at han ikke med Elendighed skulde nu rømme sit Fædreland, og siden for stor Armod renunciere sin Tro«.

2.

Om Publicationen i Ribe Stift af Christian IV's Forbud mod Besøg af de jesuitiske Skoler.

I Aaret 1604 lod Kong Christian IV udgaa tvende Mandater for at modarbejde det stigende Besøg af de jesuitiske Skoler, navnlig af Skolen i Braunsberg i Preussen. Disse Breve ere allerede trykte, det første i Ny kirkehist. Saml. IV, 758, det andet hos Rietz, Skånske Skolväsändets Historia, S. 614—16. Det sidste ledsages af følgende Brev til Bisperne (her meddelt efter Biskop Hegelunds Afskrift af det til ham rettede Brev¹⁾):

Christian den Fierde etc. Vor synderlig Gunst tilforn. Vider, at wi herhoss tilskicker eder vort obne Breff vore Vndersatter deris Børn anrørendis, som deris Børn paa Jesuitiske Scholer vden Lands forskicker, icke maa her vdi Riget effter denne dag til nogen geistlig Kald eller Bestilling tilstedis, des indhold j ydermere aff vort obne Breff haffuer at forfare. Thi bede wi eder oc ville, at j samme vort obne Breff lader forkynde faar Præsterne vdi eders Stigt, at de kunde vide dennem hereffter at forholde, oc siden aluaarligen holder der offuer. Dermed skeer vor

¹⁾ Thottske Saml. 2041. 4to.

Vilge. Befalendes eder Gud. Skreffuet paa vort Slot Kiøbenhavns den 22 Octobris Anno 1604. Vnder vort Signet. Christian.

Udskrift: Oss elsk^e hederlig oc høylerd Mand M. Peder Hegelund, Superintendent vdi Riberstigt.

For paa bedste Maade at udføre den kongelige Befaling, sendte Biskop Hegelund Afskrifter af begge Kongebreve til ethvert af sit Stifts Provstier, ledsagede af følgende Skrivelse:

Salutem in Filio Dei, Servatore nostro.

Honoratissime vir, amice colende.

Utrumque jam severissimo et prudentissimo edicto sancit mandatque Regia Majestas et quidem diversis literis: Unum ne ex nostratibus ulli, qui studiorum gratia exteris adeunt nationes, ausint se novæ Jesvitarum sectæ et scholis informandos tradere, nisi malint in posterum ab omni officio Scholastico et Ecclesiastico in patria unquam consequendo se prorsus exclusos et quasi abstentos esse: Alterum, ut quoniam causari parentes possent, liberos suos minus feliciter domi in patriis Scholis institui, idcirco se necessario ipsos Jesvitarum familiæ et fidei committere: edixit jussitque Scholarum reformationem et generalem uniformemque ordinationem conscribi, eamque de consilio et delineatione clarissimorum doctissimorumque Professorum Hafniensium, certa periodo, in dies et horas distributis prælectionum et exercitationum vicibus et pensis, in tabella Scholastica cum altera admonitionibus necessariis ad pietatem et profectum juventutis Scholasticæ plena, concinnatam publicari, typisque exscriptam ad Diæceses et Scholas omnes transmitti identidemque urgeri. Quoniam itaque serenissima Regia Majestas dignata fuit curam suam etiam ad has res humiliores (quarum tamen Reipublicæ et Religionis vel imprimis interest) demittere, quo mature caveat, ne vel juvenus peregre corrumpatur, vel domi negligeretur informetur: decet nos regiam istam seu potius pa-

ternam sollicitudinem gratissimis et subjectissimis animis amplecti, omniqve obsequio pro virili nostra et modulo promovendam servandamqve alacriter suscipere. Sed non possumus rectius facere, quam ut piam et devotam R. M. voluntatem et consilium, tam pensiculate de corrupta juventutis educatione emendanda disserentes, ex ipsius verbis (jubeor enim hæc Pastoribus denunciare) reverenter percipiamus: quæ ita sonant . . .

Her følge nu Brevene, som vi dog ikke paany skølle aftrykke, men kun meddele endel Præsters egenhændige Paategninger, som findes i det her benyttede Haandskrift (Thottske Saml. 2041. 4to).

Forscreffne Copier aff Kongl^e Mat^e naadigste Scriffuelse oc Mandater baade om dem, som begiffue sig paa Jesuiterke Schøfer, saa oc om Scholernis Reformatz haffue wi effterscreffne seet oc læst:

Georgius Georgii f., pastor Ecclesiarum Grimstrup et Orre, præpositus in Skatzherridt, manu propria.

Jacobus Michaelis Vardensis manu propria.

Petrus Matthias Ecclesiastes Vardensis legi et subscripsi mea manu, pridie Thomæ Apostoli A. 1604.

Christianus Oporinus, pastor Ecclesiarum Lunde et Outrup et præpositus in Westerherrit, sua manu testatur.

Ivarus Nicolai pastor Ecclesiæ Nørborck, et præpositus in Nørherrit, manu propria.

Gregorius Eneualdi Pugdal, Pastor Hemmettensis et Wiimensis in nomarchia Boreali, hoc ipsum testatur sua manu. Ao. 1604. 22 Xbris.

Lectæ sunt hæc literæ a Lagoni Trelund, 22 die Decembris, anno Christi incarnati 1604. L. P. T.

Visæ et lectæ a Magno G. Skiernouio. Et legi ego Gregorius Joa. Skiernouius hæc præscripta anno 1604 23 Decembr. manu testor propria.

Hæc literæ lectæ sunt a Lagone Joannis f., pastore Ecclesiæ Staffningensis, 24 Decemb. Ao 1604.

Hasce plagellas legebat Joannes Johannis Deibierig 24 Decemb. A. 1604.

Hasce sibi præsentatâs 27 Decemb. Joannes Gregorius Welling sua manu testatur A. 1604.

Legi Joh. Ivarides Borrichius P. R. 27 10bris A. 1604.

Nicolaus Petri Hiortlundus, Sacellanus Rincopiensis, 27 10bris.

3.

Besværing fra Biskoppen i Lund, over at Professorerne tildelte Personer, som havde studeret hos Jesuiterne, akademiske Grader.

At den efterfølgende Besværing, som Biskop Povl Mortensen Ostrup 1613 indgav til Universitetet i en Forespørgsels høflige Form, ikke var ganske ubegrundet, kan blandt andet godtgjøres med hvad der i disse Samlinger tidligere er meddelt om Studenten Johannes Petraftanus, der, efter at have studeret hos Jesuiterne, 1604 blev promoveret til Magister ved Kjøbenhavns Universitet¹⁾. Men det har sikkert dog været mere nærliggende Exempler, som Biskoppen har haft for Øje²⁾.

Vitam et salutem.

Magnifice Domine Rector, viri clarissimi, domini et fautores colendi, tantas scio esse vestrum omnium occupationes, ut vel maximis meis in necessitatibus verecundia et pene religio mihi sit, in gravissimis studiis et curis vestris vos interpellare. Quo fit, ut nunc intelligatis non minimum urgere negotium, quod ad scribendum compulsi invitum, eoque nomine nemo impudentem me arbitrabitur aut intempestivum, si de rebus meis ad vos referam et in causa dubia consilium serio petam. Quæ qualis sit ut intelligatis, quam brevissime potero faciam.

¹⁾ Ny kirkehist. Saml. IV, 757.

²⁾ Brevet meddeles efter Originalen i Konsistoriets Arkiv, Pakken Nr. 190.

Non ignoratis viri clarissimi, viri in suo quisque ordine eximii, sereniss. Regiam Majestatem, pro paterna et pientissima salutis nostræ cura (cum annis abhinc paucis animadvertisset Jesvitarum molimina et insidias, quas hisce Regnis struebant, dum juventutem nostram ampullatarum promissionum illicio ad se attrahebant, impiisque superstitionibus imbuebant, ac tandem ad nos remittebant, rati quod possent hac arte sub triste Antichristi jugum hæc regna reducere, et in eandem secum perniciem et interitum pertrahere) serio mandasse, ne quis suos liberos in Scholæ Jesviticæ emittere præsumeret: et severe prohibuisse, ne qui ad Jesvitas abierant, reversi, ad publicarum functionum clavum admitterentur. Quod Regis clementissimi prudentissimum cælitusque datum consilium (quo sine tota Jesvitarum cohors in nostram patriam se infudisset) nemo non grata mente deprædicat, nemo tam parum Christianus, qui non ad ejusdem executionem ultronea affectione se paratissimum offerat. Præcipue vero Superintendentibus horum regnorum id negotio datum est, proposita pæna gravissima, si quod serio et sancte mandatum negligenter et fraudulenter fecisse deprehensi fuerint, vt proluxe monet ipsum diploma, factum publici juris anno 1604 et postea repetitum in Ordinatione Regia edita pro Norvagiis anno 1607.

Cæterum cum et illud notum sit, non paucos e Scholis Jesviticis reduces, in prælustri vestra Academia, summos in philosophia honores consecutos, publicoque M^{ei} Dñi Rectoris testimonio, de nota meliori commendatos esse, putant nonnulli, eos sic ab omni falsæ religionis suspitione liberatos, sine violatione Regii mandati, ad munera publica sive in Ecclesia sive in Schola posse admitti.

Heic mihi aqua hæret, viri illustres, heic consilii vestri copiam avide desidero. Nam si districtum Regis mandatum intueor, Jesvitarum discipulos a publicis muneribus procul arcendos judico. Cum vero vestrum de illis iudicium et testimonium pondero, alia subit mentem cogitatio, varieque distrahitur animus.

Ea propter viri excellentissimi, Domini et fautores reverenter colendi, fretus illa vestra humanitate, quam etiam peregrini nunquam denegatam voluistis, rem hanc ad vos defero, vestræque prudentiæ gubernandam permitto, vos omnes et singulos obsecrans et obtestans, ut salutari vestro consilio mihi adesse non gravemini. Æquum et necessarium me petere, spero vos ipsi dicetis. Quod si ita censeatis, tum illud pro magno beneficio addite, ut ne diu anceps et incertus vestræ sententiæ hæream. Id si efficietis, dabo operam, ut nemo mecum ausit erga vos officiis certare atque pietate. Valete.

Lundiæ 22 Octob. Ao 1613.

Qui vos colit et observat.

Paulus Martinius S. L.

Udskrift: Amplissimis et clarissimis viris Magnifico D. Rectori et Professoribus Regiis in prælustri Academia Haffniensi, Dominis suis et fautoribus reverentia colendis.

4.

Udvisning af Jesuiten Matthias v. Cøln, 1624.

I mit Skrift, M. Anders Chr. Arrebos Levned, har jeg (S. 178-9) meddelt nogle Efterretninger om den Opdagelse af en katholsk Propaganda, som gjordes i Malmø i Begyndelsen af Aaret 1624. Blandt de her forekommende Personer var Jesuiten Matthias v. Cøln en af de vigtigste, skjønt han slap bedre fra det end flere andre, hvis Forhold samtidig blev Gjenstand for Undersøgelse. Dengang jeg meddelte de omtalte Oplysninger om Begivenhederne i Malmø, kjendte jeg imidlertid ikke følgende Aktstykke, der er af Vigtighed til Kundskab om den danske Regjerings Fremgangsmaade, som efter hine Tiders Lejlighed maa kaldes human, da man indskrænkede sig til at udvise den indsnegne fremmede Proselytmager, og senere udleverede ham alle hans Sager (hvoriblandt Messeklæder, Afladsbreve og andet af samme Slags), som der en Tid var lagt Beslag paa. Her følger

nu en Beretning om Udvisningen, undertegnet af D. Leonhard Metzner, der var Præsident i det tydske Kancelli¹⁾.

In memoria tibi hæret, quod non erubueris per aliquot menses in florentissimo hoc regno conventicula et clandestinos congressus instituere, ut huius regni incolas et subditos a tramite veræ nostræ Christianæ reformatæ religionis seducere et ijsdem detestandos tuos errores papisticos instillare posses, quod sane ad perturbandum pacatum et tranquillum huius regni et religionis statum et excitandas seditiones atque discordias maximopere spectavit. Ob quam sane causam, quamvis sacra Regia Daniæ Norwegiæ Maiestas acerbissimam poenam sanguinis et vitæ ad deterrendos alios eius generis seductores, si stricto iure procedere vellet, tibi irrogare posset, prout Pontifex Romanus eiusmodi turbatores religionis Papisticæ tali poena coercere consuevit. Ob innatam tamen clementiam hac vice, sua S. Regia Maiestas hanc poenam capitalem tibi remisit, sub hac tamen conditione ut intra triduum hoc regno excedas et nunquam revertaris, nisi sæpius prædictam poenam criminalem incurere velis.

Quod iussu illustris et generosi domini Cancellarii Dñi Christiani Frisen Equitis aurati etc., in præsentia illius et quorum nobilium Dnn. Oveni Høken in Tulbul et Georgii Sefeldt in Reses (sic) Secretariorum Regionum, præcedentia verba Mathiæ a Colen Jesuitæ in Cancellaria Danica hodierna die intra tertiam et quartam pomeridianam protulerim, testor hac mea manu. Hafniæ 29 Januar. Anno 1624.

Leo. Metzner m. p.

Hæc in præsentia Illustriss. Dñi Cancellarii indicata sunt a Dño Doct. Metznero Matthiæ Jesovitæ loco et die ut supra, quod testamur manuum nostrarum subscriptione.

Ottó Høg mpp.

Georgius Sefeldt Christoph. Mpp.

¹⁾ Stykket meddeles efter Originalen i Gehejmearkivet.